

ita ingenium est hominis; quem nisi plane fugis et  
abdicas, ferendum est varia, multaque quaestione  
ad nauseam exerceri. Ad alteram harum si ambigis vide  
numquid Heros Descartio digna sit. Latet hic certe  
ϕυσικὸς ἦρ, ex quo nondum videre memini, qui se satis  
expediret. quamquam inter Gallos Germanosque peri-  
tissimos et Musica non ignaros Tubicines ajunt omnes  
ab imo sursum Tonos exprimi, quod fateor equidem vix  
me adduci ut credam. Ad priorum quaestionem quod  
attinet, constat mihi omnem Campanam, omnem  
calicem vitreum, tres diversos, neque uno plures aut  
pauciores, sonos, eodem edere eodem ictu. Campana  
quidem haecenus experimenta non vidi. In vitro autem  
novi, qui singulos sonos sibilando ordine eliceret; sibi  
lando inquam: nec emisso quidem flatu, ut solemus,  
tracto: ne vim aeris repercussi inspectam habeas.  
Demonstrabat hoc vir probilis et caecus, sed stupendia au-  
ditus et iudicii, van Eickinis, cognatus meus; neque  
hercule investigandis sonis haesitabat, sed quasi injecta  
manu lictor, singulos tot sibilis, evocabat; mirabatur  
interim, ac tantum non aegre ferens, idem a me, et  
ceteris sequens ac praetextando officii. Tu quid ad rei  
causam Theorici allaturus sis anidi expecto. Multis  
autem anidius libros tuos de re Musica; quos quousque  
frustraxi ἔπαμβλῆδον polliceri? πῶς ἔλθῃ οὐδὲν.  
Tandem orbi universo datam fidem libera: aut  
omnino causam socraticam, quominus id facias, mihi  
proba: ut sit in antecessum nuda ceteris creditoribus,  
quos inter vides quam hic acer et importunus sit, ad  
tempus satisfaciam. Vale vix amicis et me ama.  
Rhenobergae vii. Calend.      Plani tuum.  
Sept: ϕεβρουαρίου ρξϑϑ.  
C. H.

J. Beverovicio.

Viro Amplissime et Doctissime (280).  
Certum est mihi, omnem vel levissimam occasionem  
salutandi te vel compellandi oblatam amplecti, non  
oblatam accersire. Alterutrumne hic in utrumque  
committam, tu videris. Saluto equidem te, et com-  
pello. Tanti est a Merzenio qui literatos omnes,  
et literas, et ipsam mihi literaturam delassare videtur.  
nonnumquam interpellari. Sinon ingratisime obtunde  
rescribes

Ovid. 2. Trist. i

rescribere, licet praeter το χαείονια ιαρία των, vobis quoque se  
et legum lassat tutela suarum; quo loco tot opuscula sunt  
quae, nisi minus πελαγυτις audire vis, cuncta manus  
anidi fugere Typographi, ubi commodum erit, indica.  
me autem, siue commodum est, siue incommodum  
amare perge. Vir amplissime

Tui constantissime amantem.

Rijnberck. 26. Aug. 1639.

C. H.

Ad nobilissimam Schurmanianam has perferri quaeso, &  
ut cures. nec ipsa quidem coenobitae nostri ab incursu  
immunis esse potuit. Videbimus an rescriptione  
dignum duxerit. Pl. Boijum, si ad vos conuecat,  
meis verbis salutari cupio.

Iusto Caecilio  
Puteano.

v. Sept. 7. 1639.

(281)

Securitatibus tuas causas, Iusto Caecili Puteano, Parentis maximi  
fili dignissime, quantopere mihi curae fuerit, postquam  
te haec literarum exemplaria ex parte docuerint, seito  
simul, atque Bergam cum exercitu appulimus, uocato  
Praefecto memet indicasse, plane tot ambagibus Principi  
non esse satis factum: si quid socer peccasset, nihil cause  
esse, cur a Senere praestaretur, proinde missum re-  
faceret, neque a Bergensi milite committi ultra  
pateretur, quo minus libertate indulta quam plenissime  
frueris. Recepit ille, ut par erat, dicto audientem  
fore, multas interim quaestus de Soceri, ut agebat,  
perfidia. Cujus culpa nota an non expediat, ut se  
quam proximam purget, vos videritis, si me audiat,  
& Hovioy. nisi graues est, indica: Patrem vero  
quem literis, nobisque diu sospitem seruassit deus,  
nec nec non doctissimo Taldeno plurimam salutem  
meis verbis dicito. Rhenoberkiae X. Cal. Sept. 1639.

Sic de industria.

Fasciculus chartaceus nuper  
ad Quendelinum a me missus  
an per manus vestras transierit  
lectione esse velim.

Bannio.

Amplissime ac Doctissime Vir.

(282)

Varenium virum nobilem, qui hastradit, non tam tibi com-  
mendandum duxi, quam ipsi se. Nondum intelligis  
quid velim. Experire vero an facta ei copia choragii tui  
Musici, cantianculam, in vicem, elicere ab eo possis.

Celicias